Guido de bello regaldo generalis ordi. here. ꝓsultus. rñdit indistincte q̄ lex statuēs tale lucrū nō est licite ꝛstituta. ꝛ ideo nō obseruāda sz abolēda. ꝓbat: q: ī diminutiōe rei publice. ꝛ ꝑ oēs mala. ptz antecedens: q: iā finaliter cōitas soluit duplā pecuniā. allegat. dīſ. iij. ꝓilegia. §. offīm. cū. c. se. Itē q: lex talis nō est iusta nec vtilis et q̄ otiner plus ꝓuatū bonū singulariū ꝓsonaꝝ q̄ publicū ipsius cōitatis ꝺ illud. c. erit aūt lex. dīſ. iiij. Itē q: assignatiōe dicti incremēti inuitaūt ꝓ ip. . . m legē hoies ad peccādū: q: inducit eos ad recipiēdū vltra sortē. Et si dicaf q̄ lex talis est ꝛstituta ꝑpter bonū ciuitatis custodiēdū ꝛ pregēdū adḟabēdū pecuniā ꝑ gērib⁹ annoꝝ in custodia ꝛ prectione ciuitat: ꝛ sic nō mala sz bona est. Rñdet magister ꝑdict⁹ q̄ his nō obstātibus firme manēt rōnes sup. apposite eo q̄ aliter ꝛ sine peccō pōt ciuitas defensari. Nā subsistēre necessitate pōt a sibi suppositis etiā inuitis iniuste exigere auriliū tā pecuniarū q̄ ꝓsonaꝝ ꝛ ipsi ad illud ꝓstādū obligātur. ꝛ quātū ꝓstat tātū fm regulā iusticie ꝛ nō vltra reh̄abere debēt. ꝛ sic facieēdo min⁹ in expēsis dicta cōitas grauabīt. q̄d est ꝓpositū. hec dict⁹ Guido. Sz Lau. de ridol. in dicto tractatu tenet ꝺ iū. ſ. q̄ dicta lex siue statutū nō sit illicite factū. Et ꝓ rōne inducit illud q̄d dictū est. S. scz q: instituta est dicta lex ꝑpter bonū ciuitatis custodiēdū ꝛc. Et ad id quod Guido ꝑdict⁹ dixit ad destructiones illi⁹ oīs. Rñdet q̄ etsi cōitas valeat cōpellere ciues ad mutuādū absq̄ eo q̄ statuat aliq̄d dare vltra sortē: tñ nō oēpossibile est volibile. Sepe nāq̄ multa possum⁹ q̄ ꝑ bono reipublice ꝛ ꝓ fugiēdo scādalo nō facim⁹. ꝛ merito. ar. ij. q. j. i hmōi. cū silles coactiones q̄dē difficiles ꝛequēter cōsueuerūt eē: tñ hr̄e. eē de spō. req̄siuit. Et meli⁹ est cū aliquali cōscito ꝛ pace oīm suis necessitatib⁹ puidere q̄ ꝓ hmōi coactiones ꝛ violētias nō sine forti ꝛ graui scandalo q̄ fiq̄dē enormiter eē ꝛperiētia media dānificari q̄tidie cernim⁹: imo ꝛ multos fundit⁹ destrui: ꝛ ad extrēma pauperiē deduci: q̄ ex hoc saltez equalr subleuant ꝛ ꝓsolant q̄ dicta q̄ntꝫ pciūt annualiter. ꝛ nisi ꝺ eēt in desperatione forsitā ducerent: ꝛ in rēpublicā machinarent: ꝛ in graue aīe sue ꝛ coꝝporis sui dispēdiū ꝛ reipublice ꝛiculū. Et si dicaf talib⁹ ꝛ nō alijs si lex ꝓuideat bñ est. . ndeo q̄ lex d eē cōis ꝓ reipublice vtilitate ne alij scrupuloso corde moueātur: ꝛ durū foret atq̄ difficile vnū distinguere ab alio. Hec Lau. ꝓ q̄ destruit ꝓma rōnē dicti magistri. Ꝑterea intereſt reipublice ergā suos ciues taliter se hr̄e q̄ nō t . . canf in pauperiē: vt cū alꝭ op⁹ fuerit sibi valeāt subuenire. Si q̄ in dānī restaurationē vel ex literalitate vt alliciant ad bñ se habēdū erga rēpublicā aliq̄d gratis donat. ꝛ sic indubie vtilitas reipublice ꝓcurāf q̄re illud imꝑobandū est. hec Lau. ꝑ q̄ destruit scōam rōnē ꝑdi. magri. quā scōo faciebat i oppositū

Ad secūdā rōnē.

Ad tertiam.

Ad q̄rtā

Ad q̄ntū

Primo.

Scōo

Ad ea q̄ dicit Guido ꝑdict⁹ magister tertia rōne: negat Lau. cōsiderato tñ (dicit ipse) q̄ fi q̄s vellet sua pecunia vti illicite pl⁹ lucrare: imo etiā in licitis q̄nimmo ꝛ in possessionib⁹ q̄ magis secure sunt q̄ cōitati mutuare: non est dicēdū q̄ ꝓ ꝺ q̄ntꝫ dari statuunt inuitaūt hoies ad vsurarie mutuādū maxime cū dubiū sit nedū de lucro: sz etiā de sorte ꝓncipalis ne pdaf capitale. Et ꝓ ꝺ etiā tollit q̄dā alia ratio ꝑdicti magri in qua dicebat q̄ ꝑpter cōe defensandū non est licitū facere aliq̄d vñ deus offendaf: vñ nec vsurā facere vel ad vsurā inducere non dispositū ad hoc vt in casu nostro. Sed rñdet vt iā dictū est ꝛ plenⁱ infra dicet q̄ ibi non est ꝺctus vsurari⁹ inter ciuitatē ꝛ ciuem recipientē ad rōnē. v. ꝑ cērenario ꝑ solutione dicte cōitatis in ꝓestātijs. Item si quis vellet adhuc dicere talē impositionē onerū illicitā ex eo q̄ hmōi onera sine ꝓncipis iussu indici nequeunt: vt l. ſ. C. de erac. tribu. Rñ. di. Lau. q̄ si generalem collectam camere fiscali applicandā nemo possit imponere sine permissione ꝓncipis vt in ꝓallegata. l. tamen collectas speciale mnaqueq̄ ciuitas ꝛ vniuersitas ꝓ necessitate sibi incumbente indicere potest: vt l. oēs. C. de ope. pub. Et sic Lau. concludit istud statutū esse iustum.

§. II. Quantū ad secūdam

q̄stionē cū scz q̄rit. an dicti soluentes dicta onera licite ꝓpiāt incrementū. Rñdet magr Greg. de ari. ḡnalis here. tractās hanc questionē dicit sic distinguēs. Inquirendus de intētione mutuantiū. aut em̄ tales recipientes hmōi lucrum aliquā intentionē lucri habuerunt aut nullā. Si aliquā ꝛ tunc dicas tale lucrū fore vsurā: ꝛ sic mutuātes ꝛ recipientes. ſ. vltra suū teneri ad restitutionē si possunt. ꝛ si nō p̄nt peccāt mortal⁹: si nō h̄nt intentionē restituēdi cum poterūt. ꝛ hoc siue talem intentionē lucrū recipiendi habuerūt tpe facti mutui: q: scz cū mutuāt ꝑpter lucrū percipiēdū mutuāt: siue tpe illo tm̄ quo lucrū recipiunt. ſ. q: cū recipiunt illud recipiūt ꝑpter lucrū ꝓius factū. ꝛ idem si post q̄cūq⁹. Probat aūt ꝺ sic ex diffinitione vsure: sic em̄ ipse diffinit. Vsura est lucrū ex mutuo intētū: sz sic est in ꝓposito. q̄ ꝛc. Et si q̄raf quō deꝑhendaf talis mutuātiū intentio. Rñ. fm eum inquirēdo de intentione cōitatis tale lucrū dantis vel dare statuētis: qm̄ illud dat vel dare statuit rōne mutui recepti seu recipiendi seu vlteri⁹ retinēdi vel nō rōne mutui: sz alia rōne vel cā. Et primo casu si ipsi mutuātes talē intentionē sciūt vel credūt vsura ē ꝛ pcm̄ ꝛ ad restitutionē tenent. Cōsentiūt em̄ fic recipiēdo intentionē cōitatis dātis. ꝛ ipsi rōne mutui et ꝑpter mutuū lucrū intēdūt: imo etsi tūc nō haberēt hmōi credulitatē vel sciam hñt tm̄ postea post receptionē i successu tpis. nihilominus ad restitutēdum illa ꝓius habita obligant. Nā ex quo ꝑpter mutuū cōitas illud . . . taliꝫ nō datura: non est iuste acquisitū recipiētib⁹ nec in eo est translatū dñiū dicti lucri. Quinimo vlteri⁹ dicēdum fm eū videlz q̄ si cōitas nō ꝑpter mutuū dedisset. ꝛ tm̄ ipsi putarent eā ꝑpter mutuū dedisse. q̄ aldubio peccarēt nō restituendo: imo plus q: si nec ante nec tūc nec postea talē h̄nt scientiā vel credulitatē de . . . ntione cōitatis: nihilominꝰ si ex aliq⁹ hmōi effectus ipsius pōt eis innotescere intentio cōitatis: vt forte ex eo q̄ mutuātib⁹ statuit dare tale lucrū: ꝛ plus mutuātib⁹ plus dari. ꝛ nō obstāte q̄ alij ciues filia vel . . . ora bona cōitati retulerint: id tm̄ eis nō . . . atuit nec alicui. . . remuneratiōnē cōsimile ꝓsequunt vel ex ꝓbabilib⁹ alijs argumētis q̄ cū ꝓnt nolunt aduertere vel inꝺrere: hmōi tales minime nō sunt obnoxij eius affectata ign . . . ātia nō excuser. Si ꝺ isto vel alio casu recipi . . . nulla haberet lucri intentionem nec ꝺintētio dātis ꝑpter mutuū posset vllo mō ex exterioribus indicijs apparere siue cōpensationē sui dānī ꝓm iudiciū discretum. ꝓudentis viri ꝓsideratis simul quātū eo tpe alij similē negociationē vel artem exercentes cū equali pecunia cōiter lucrati sunt: habita etiā cōsideratione ad hoc q̄ laborem nō impēdit nec periculū subijt in hmōi casu negociationis vel artis exercēde ꝑpter qđ ꝛ minꝰ debet h̄r . . Si aūt vlterius q̄raf q̄d sumēdū sit in casu isto. vtrū videlz cōitas dictū lucrū imꝑdat ꝓ restauratiōe dānī nec ne. Ad hoc rñdet ꝑdictus magister Greg. q̄ nō. ſ. ꝓsumit q̄ det ꝑpter restauratiōnē dānī sed potiꝰ ꝑpter mutuū. ꝛ hoc ꝓbat ex eo q̄ omnibus mutuātib⁹ daf dictū lucrū. nec est verisile q̄ oēs dānificēntur siue dānū patiaf ex mutuo a se facto. Sz etsi aliq̄ dānificent nō tm̄ est verisile q̄ equalr immo saris est possibile q̄ minus mutuauerūt maius ꝺamnū passi sunt: ꝛ tamē minus daf eis: q̄ nequaq̄ cōingeret si ꝑpter restaurationē dānī daret. Sicr non videtur q̄ ex beniuolētia data

Tertio.

Quarto

Alia opinio.

Adde angel. in trac. suo maleſi.

Ad rōnes aūt magri Greg. sup. adicti sic rñdet eas destruēdo. nā cū ipse diffiniēs vsurā dicat q̄ sit lucrū ex mutuo intētū: diminute ꝺ ea dicta diffinitio: q: lucrū intētū

Respondetur ad argumēta.

ri ꝓsumaf seu causa remunerationis beniuolētie quam fic mutuātes in mutuādo ostēderēt cōitati: quia si ꝑpter illā daret . . . rte plus daret ei in quo maior effectus beniuolētie ꝓbaret q̄d nō fit. Ꝑteretea illud lucrū non daf q̄n sors est soluta et cōitas est a debito liberata quo remanere magis posset liberaf estimari: sed q̄n adhuc debitū manet ex quo satis ꝓsumi pōt q̄ ꝓpter mutuū tribuaf. Si tñ fm rei veritatē ꝑpter remunerandā beniuolētiam cōitatis illud daret: laudabiliꝰ illud ageret: ꝛ licite, etiā q̄ bus daret reciperent: sicut licite amicus recipit ab amico beneficiū. Non em̄ ꝑpter mutuū ꝛ grām facta cōitati debet fieri peiorꝭ cōditionis. hec oia sup. adicta sunt verba magistri sup. adicti sz abbreuiata. Ex q̄bus vt dicit Lau. q̄ ipsa recitat: colligit ipm magr̄m sentire q̄ dicti ꝓmi creditores minus licite tale recipiāt incrementū. i. vltra suū capitale cum interesse ꝛ ad restitutionē teneantur. Alius magister ꝛ generalis ordi. heremi. sciz frater Guido de q̄ §. in ꝓced. §. consultus de dicta materia quasi fiḷa rñdit cōcludēs q̄ nō solū a creditoribus talis pecunie vltra sortem ꝓncipalē accepta ab eis est restituēda. sed etiam ab eoꝝ . . garatijs et heredib⁹ vel emptoribꝰ. ex quo em̄ talis ꝺctus est in creditoribꝰ indebitus ꝛ illicitus. erit ꝛ ꝓ ꝑns in eoꝝ successoribꝰ. Probat aūt dictū ꝺctū esse illicitum: q: vt vsurariū ex pluribꝰ. c. que habent. xiij. q. iij. ꝓcipue. c. pleriq̄. ꝛ. c. vsura. Idē rñdit et scripsit frater Jo . . . delroth eiusdē ordi. Sz vt refert Lau. in ꝓdicto tractatu hāc questionē dispu . . do quidā magister anglicus ordi. ꝓdicator firmauit et determinauit ꝺctū: scz q̄ licite recipiāt dictū incremētū a soluētibus modo quo declarabīt. Et idē dicit tenuisse ꝛ scripsisse aliū magr̄m ordi. mino. ſ. magr̄m ſfrācisc̄um de empol. Item tenuit Pe. de ancha. in simili materia disputās scz de impestitis venerꝭ ꝛ plures alij iuris ꝓfessores. Quam opinionē cōiter sequūtur ꝓdicatores et minores. Rationē huius assignat ꝓdictus Lau. respōdendo ad argumēta facta in ꝺctū: vñ sic dicit. Credo alio nō dato tales mutuātes . . . dū sic coacte: sed etiam si voluntarie mutuāt dūmodo ex charitate: nō aūt spē in lucro seu incremēto ꝓprie ꝛ ꝓncipaliter: etsi scōario mutuent: immunes esse a pcō ꝛ vsurarū vitio: nec illi foret restitutioni obnoxios. Sūt nanq̄ aliqui qui forsitan ex cā lucri q̄ intendūt primo loco ad sic mutuādū mouent: ꝛ sic de his nulla dubitatio: q: scz vsurā cōmittūt ex quo ꝓncipaliter lucrū intendūt. Sūt ꝛ alij q̄ ꝓncipaliter mouent ex charitate qua afficiūtur reip . . blice: vel q: coacti aliter facere nequeūt: ꝛ de his est sermo noster: ꝛ hi non videnf peccare. Nō est: q: tunc qui . . . ram cōmittit recipiendo aliquid vltra sortē qñ spe lu . . motus ꝓncipaliter mutuat: non aūt quādo non spe lucri ꝓncipaliter etsi scōario: ꝛ hoc nisi iam debitor: coactus incrementū solueret vel inuitus solutioni sq̄ tpe vel ꝓius id in noticiā deueniſſet creditoris. Sed in casu nostro nō spe lucri ꝓncipaliter q̄s motus cōitati mutuat: imo vt cōitati imperāti pareat: penasq̄ inflictas effugiat vel charitate ꝛ amore ꝑ illi suis necessitatib⁹ subueniat: alias nullaten⁹ mutuaturus: ꝛ merito cū in alijs pecuniā istā expendendo longe plus verisimiliter lucraret: ꝛ magis libere pluriſq̄ valoris foret: nec coacta est cōitas: q: cogi non potest a suppositis: nec inuita solu . . ipsa cōitas: sed ex sua ſpōranea volūtate iuste honeste ꝛ rōnabiliter causa regulata: vt in expressione casus sup. a demonstratur. quinetiā etsi inuite solueret: id tm̄ creditoribꝰ non constat: maxime cū ꝺctū in iā dicta reformatione asseuerat cōitas ipsa: ꝛ in incertis nō incertis locus est cōiecturis. ff. de ꝺ. ob. . . ntinuus. licite ergo recipiūt. q̄ ꝛc. Si . . hmōi creditores in oppositū cōscientia reno: deterēt illāq̄ deponere ac iuri cōformare neḡrēt. ꝛ si vt in simili inq̄t Host. scrupulosa sit potius q̄ theologica: sat is faciāt ꝓmodo ꝺcie sue.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secūdario nō aūt p̄ncipaliter in mutuo non inducit vsurā ꝑm cōmunē opinionem. ⁊ fili⁹ ponēs spem in lucro ex mutuo facto secūdario nō p̄ncipali⁹ nō cōmittit v...ā nisi inuite vel coacte solueret debitor:: ⁊ illud sciret vel crederet: qđ nō p̄tingit in casu nr̄o: q: nec cōitas q̄ est debitrix cogit nec inuita soluit nec p̄ncipaliter ciues videnť moueri ad mutuādū rōne dicti lucri annualis. s. quinq̄ p cētenario: q̄uis illud sperēt ⁊ expectent: q: maius lucrū possent sibi per alias vias p̄curare: vt dictū est. §. Ad illud aliud qđ dicebat magr̄. s. q̄ intētio mutuantiū regulat er intētione cōitatis q̄ ipis mutuāri⁹ nō pōt nō eē nota. s. q̄ talis intētio sit dep̄cauata: q: dat illud lucrū ꝓpter mutuū: q̄ vsura.

Ad scōs,

Rñ. Lau. q̄ id nō semp̄ sequit: vñ distinguit q̄ ꝓpter mutuū aliq̄n̄ p̄t esse dari aliq̄d vt vsura. ⁊ aliq̄n̄ non vt vsura: sed vt donū gratuitū tm̄ nō ex ipso mutuo: sed ex seruitio sibi impēso ⁊ cōmodo ex inde percepto vel lucro cōsecuto vel ex animi nobilitate quadā: ⁊ si sic dari sciat vel credat recipiēs nō peccat. An aūt sic credere teneak. vide. §. in. §.

ꝓpter mutu...⁊ aliq̄n̄ potest dari aliquid vt vsura.

Ad tertiū.

Et cū dr̄ q̄ ista nō videť fuisse intētio cōitatis: q: si b esset verū plus darek illi q̄ maior̄ q̄ minor̄ beniuolentiā ostēderet erga cōitatē non habita cōsideratione ad quā tatē pecunie: sed beniuolētie. ⁊ sic plus illi daret q̄ ex tali mutuo plus fuisset dānificatus qđ vtrūq̄ de facto nō seruak. Rñ. q̄ equū fo:et hoc sed nō possent hec de facili in noticiam cō...tis deduci: ⁊ ne alij scrupuloso cōde moueant et scandala atq̄ inuidie oriant: si ad imparia iudicarent: ideo sic pariliter ⁊ ex memoratis causis mo...oēs tractare decreuit ⁊ bene. ar. l. di. vt cōstituerek. Sicut in cōsimili videmus q̄ in collegijs magistror̄ ⁊ ordinator̄ qui p̄or est in tēpore p̄or est in sede ⁊ alijs nō habita distinctione an p̄im⁹ sit doctor: scōs. Jn officiari aūt non possim⁹ quin saltē rōne lucri cessantis vnusquisq̄ ciuis dānificek. Et cū quiliber cōpellak ad soluendū: q: nemo libenter mutuat: ⁊ talib⁹ ꝑm dicta magistri ipsi⁹ sit fienda talis dāni restauratio: ergo concludiť q̄ nemo est q̄ non debeat tale lucrū vt interesse consequi ⁊ licite si dak recipere possit. Difficile aūt esset cōitati ⁊ quasi impossibile habere noticiā plenā quātitatis vel beniuolētie q̄ moueně ciues ad mutuādum vel damnor̄ que inde sustinent vt fin illā fieret: quātitas

Ad q̄rtū

recōpēsationis. Jtē ad illud ex quo dicebat magr̄ ꝑsumi cōtra cōmunitatē de intētione qua dat illud lucrū: q: scilz ꝓpter mutuū: ex eo q̄ cōmunitas postq̄ soluta est vera fo:s ⁊ a debito liberata nō confert vltra tale lucrū. Rñ. q̄ licet vltra non conferat non seq̄ť ergo vt vsurā tribuat. cessat em̄ tunc damnū in mutuā...e cessat commodū in cōmunitate: ⁊ satis est impēso seru...remuneratus est mutuās: alⁱs dicerek in simili vsurā cōmittere is q̄ liberaliter mutuauit mille florenos mihi mercatori sine vlla p̄cipali in...tione vel spe remunerationis et ego q̄ tenui illos p decē annos vel ex q̄bus lucrat⁹ suz mille licitis mercātijs: et liberalitate ⁊ optima duct⁹ discretione vidēs: q: er illis lucratus fui: sibi tm̄ donaui octo p cētenario sub quolibet dict⁹ anno: um. viij. quos nō donaui in anno. xj. q: mille cū quib⁹ lucrari consueui iam sibi restitui: cuius ꝺ̄ium est

Quēstio

ipsa veritas. Mouer etiā dictus Lau. tale dubiū facti circa p̄dicta qđ ibi sepe attingit videlz. Judicik onus p̄stātie vel accari cū incremēto siue lucro condecenti ⁊ consueto. s. q̄nq̄ p cētenario annuatim percipiendo dūtaxat personis que infra certū tp̄s solueren: nunq̄d soluentes infra dictū tp̄s qui alⁱs infra illud tp̄s non soluissent: peccant in tantū q̄ ad restitutionē teneně eius qđ p̄ceperint ad rationē p̄dictā. Jtē in dicik onus de mense nouēbris. ⁊ statuik q̄ ie qui soluerit infra mēsem incipiat dictu...lucrum in kal. ianuarij. qui ꝺo soluerit post mēsem incipiat in kal. septēbris. peccant ne ⁊ ad restitutionem tenentur soluentes infra mensem: qui alⁱs infra illum nō soluissent. Rñ. q̄ quis cū nō tenet p̄ncipale nec accesso:iū qđ illius sequitur natā. de reg. iur. accesso:iū. lib. vi. non tamē fic est econuerso: sed sepe permittit quid accesso:ie qđ p̄ncipaliter rep:obak. de p̄eben. per litteras. in de. Ad ꝓpositū aūt ex quo mutuū in casu nostro qđ est p̄incipale nō est co:ruptū: q: ad mutuandū non sunt tales inducti spe vel intētione ꝓpria dicti lucri: sed er charitate vel coactione abstr vt co:rūpatur accesso:iū: sicut est illud p̄ius. s. infra mēsem ad mutuandū vt percipiat vel citius lucrū mes mo:atum. ex quo em̄ tale lucrū licitū est nō est malū illud appetere. Jnsup facit p̄edictus Lau. circa lucrū annuale qđ dat cōitas ipsa mu...atibus quandā distinctionē an sc̄z det q̄nq̄ ꝓ cētenario vt cōiter fit ab ea. an. viij. vel. x. sicut fit aliq̄n in accatis et p̄estationib⁹. Distinctionē etiā facit inter ipsos recipiētes siue q̄nq̄ ꝓ cētenario siue. viij. vel. x. Nā quoad lucrū condecēs ⁊ consuetū dari. s. quinq̄ ꝓ cētenario si tali ...atuto annuētes oīes vel aliqui ad suū ꝓuarū cōmodum respexerūt vsurā in fo.o cōscientie cōmittunt tales. s. annuētes ex tali respectu: sed alⁱs etiā si non ex tali respectu ꝓpter bonū finē si non sine illis suffi cerent ad fic stat...endū. Alij aūt non statuētes quoad tale consuetū lucr...⁊ condecēs: nec etiā ipsi statuentes qui ad publicū cōmodū dūtaxat respexerunt. Quo aūt ad lucrum inusitatū ⁊ incōueniēs quatenus est dare ex cessum sc̄z octo vel decē ꝓ cen...ū in quo non liberalitas vel dāni restitut...sed cōpulsa ⁊ necessi...a voluntas interuenire p̄sumik. indistincte fo:te dicendū est q̄ quilibet peccet ⁊ vsurarū vitio inuoluak recipiendo: nisi iam q̄s tantū ⁊ tale dānū incurrisset qđ ascenderet ad illud plus statutum dari vltra consuetū qđ si in aliquib⁹ contingere posset: nō tm̄ in oibus vt videmus experientia mediāte. Jn quibus ergo non cōtingit stet regula sup:apposita: cū nec liberalitas nec dānificatio seu interesse ratione dāni hoc casu concurrant: etsi nequeūt iuuari ratione legis que debet esse cōmunis ⁊c. vt. §. dixi in alio casu. in quibus autē tale damnū contingit ꝓcedat exceptio.

§. III. Quātum ad tertium

articulū quo querebak. vtrū p̄suppositō q̄ dicti soluentes seu mutuātes nō licite perciperēt tale incremētum an vigo:e donationis: remissionis: ⁊ liberationis sup:adicte ercusentur a restitutione ⁊ liberenk a peccato. Respōdet Lau. p̄edictus q̄ vtiq̄ per illā donationem liberank a restitutione: sed nō a peccato. Ad hoc em̄ vt tollak peccatū contritione opus est et penitentia que fieri poterit absq̄ illa restitutione: q: restitutum censetur ablatū virtute remissionis p̄edicte. Et sic non obstat dictum Aug. qđ ponitur in regula iuris. pcm̄. lib. vi. vt declaratū est. §. Et hanc conclusionem etiam amplect...ur dñs Lapus de cast. in repetitione decretal. in ciuitate. de vsuris. Sed ego dubito inquit ipse Lau. an sibi locum vendicet dicta conclusio in eo qui statuit vel decreuit vna cum alijs de populo talem remissionem vel liberationez fieri ⁊ illam fecit. ⁊ credo q̄ non in foro conscientie si habuerit respectum ad commodum vel interesse suū. ⁊ hoc si alio:um consensus fine suo non sufficiebat: alioquin secus quoad restitutionem: sed ager penitentiā eo casu cōtritione p̄cedente: non solum de peccato quod commisit ad vsuram mutuādo quod nō tollitur per solā remissionem: q̄nimmo nec p restitutionē actualem: sed etiam de eo qđ non erat paratus restituere: ⁊ si remissio facta non fo:et sed in peccato perseueraret ex quo peccatum augetur. Et consue. c. fi. qđ p̄sumitur ex dictis cum per exterio:a de interio:ibus p̄sumatur. de p̄...sump. c. ex studijs. cum similibus. Re aūt aliter se habente penitentiā agat de peccato tantū. ⁊ in hoc sue conscientie relinquitur. Res enim sua agitur.

§. IIII. Ad quartum autē

articulū transeūdo videndū est. An videlz dicti soluētes licite vendant ius suū quod habēt in dicto monte vigore talis crediti. Ad quod respondendum est ꝑm magistrum Gre. in dicto suo tractatu q̄ si tātum quātum mutuauerunt p̄ceperūt in eo lucro qđ illicite a cōitate perceperūt nō possunt. q̄m ia ex̄anita est vera sor:s. ad qđ allegat. c. j. ex eo. ti. Si nō tātū sed min⁹: tūc vēdere p̄nt quantū supest: ⁊ ficti totū ...pest. q: nihil p̄ceperūt: vel si aliq̄d nō ꝓpter mutuū sed alⁱs licite iuxta sup:adicta post eū totū vēdere p̄nt. Et idē in dicto. c. in ciuitate. Jn scōo q̄sito p̄me p̄incipalis questionis firmat dñs La. de cast. p̄edictus ⁊ ego idem dico in genere. Jsfateo: siquidem q̄ q̄d iuris habēt in dicto mutuo vel ad di...i mutuū sup dicto mōte licite vendere possunt. Ad speciē aūt defendendo dico q̄ plus iuris habēt sup dicto mōte ex mutuo q̄ ꝑ p̄edicti sentirent: q: qđ illicitū reputant in quibusdā licitū affirmaui vt late p̄z ex his q̄. §. diffuse scripsi in scōo dubio p̄incipali ⁊ sic plus vendere p̄nt q̄ ipsi senser...t. Et procedit dubiū p̄elibatum circūscripta remissiōe de qua in dubio p̄me p̄cedenti. illa siquidē operak q̄ in nullo sor:s extenuatur ex lucro. ⁊ sic vendere p̄nt illud ius qđ h̄nt: ⁊ qđ a p̄incipio habuerūt. Cum Lau. tenent magister ...ancisus de empt. or:dinis minor. ⁊ Pe...e anch. ⁊ qu...i or:di. p̄edi. scz q̄ simplr̄ vēdere p̄nt dictū ius. ſ cū Gr:ego. p:efato or:di. heremi. tenēt magister Guido ⁊ frater Jo. or:di. eiusdē. et quidam alij or:dinis p̄edi. Qu...q̄nunc dimittendo: q: vltimo ponek: cū p̄...is ceteris sit tractandum.

§. V. Quātum ad sextum

cū videlz querebat. Utrū p̄suppositō q̄ licite tale ius qđ habent in dicto monte soluētes venderēt ⁊ emētes emāt licite percipiāt dicti emētes illud incremētū qđ p̄ius ipsi venditores p̄cipiebāt. Respondet p̄edictus Lau. de ri dok. q̄ in omni casu quo p̄mo loco mutuās a cōmunitate licite aliquid percipit illud idem licite vēdit illudq̄ licite emitur ⁊ percipiť siue fit sor:s siue accessio siue lucrū vel q̄ noie velis nuncupare. ⁊ b satis intelligo circūscripta fraude ⁊ intētione dep:auata. Et idē tenet Pe. de ancha. in q̄stione de imp:estitis venetor:um quā allegat et ipse La idem q̄ ſ ficut magister ſfran. or:di. h...emi. consulit ipse tm̄ Lau. q: dubiū ideo ab hmōi abstinendum. sed ꝑfati magistri or:di. heremi. et valentes viri or:di. p̄edi. cōiter tenent cōtrariū. Inter quos vir per cūcta laudabilis dñs Johā. dñici card...ragusinus super hoc consultus respōdit q̄ hi qui non coacti aut dant pecunias. aut emunt dandas aut emunt iā solutas. si hoc sp̄te faciunt p̄ciū qđ recipiunt nō lucrantur sed ad restitutionē obligank. Et ꝑ aliquali maior̄ declaratione dicit idem q̄ p̄stāt...unt sub q̄dru-

Quadruplices p̄stantie.

plici gñe. Aliqui em̄ fo:tassis a p̄incipio cōitati dederunt centū vt exinde quinq̄ h...erēt annuatim. Aliq̄ emerunt ab his qui volebāt soluere tertiā partē ⁊ hmōi ad perdendū. Alij ꝺo emerunt ⁊ emūt quotidie ab his qui possidēt. Ceteri ꝺo habēt in monte q: soluerūt coacti. Tres p̄mi nō p̄nt iuste p̄dictā acceptionē vel p̄ciū sibi retinere vel redditū vltra suū capitale. quarti ꝺo sic. ſz etiā apud nōs nullos graues nec etiā isti. Nec etiā valet dicit ipse qđ nōs nulli etiā fa...oſi dicūt videlz: q: q̄libet pōt transferre ius qđ habet in alium: ergo qui iuste recipit hmōi in quēlibet alium potest transferre iuste. Nā antecedens huiⁿ rationis patik infinitas instantias. Papa etenim habet ius in papatu ⁊ illud in aliū transferre nō pōt. maritus ꝺz potest cā...re co:poris mulieris sue. tm̄ hāc nemini cōcedere valet. Requiritur ad hoc q̄ antecedens sit verū q̄ tale sit p̄ns: ...uale ⁊ antecedēs. Sunt em̄ actus actiuo:ū in patiēte bene dispositō. vñ si cogak empto:: ad emendū sicut coactus est vēdito:: ad soluendū. vtiq̄ q: vterq̄ coactiōe depingitur tenere poterit vnum sicut ⁊ alterū. alⁱs non. Et subdit. Restat ergo videre cui restitutio p̄cipi vel meriti recepto rum de p̄fatis pecunijs sit facienda an scilz communitati vel venditori vel ei qui p̄mo soluit coactus an sit inter incerta censenda ⁊ pauperib⁹ erogāda. Et si quidem q̄s dedit cōmunitati centum sponte et libere vt inde habeat tres quinq̄ vel decem: cōmunitati tenetur. Duo ꝺo alia

Alia opinio.

genera que male soluerunt cōmunitati nō obligantur: ex eo q̄ cōmunitas iuste soluit. licet nō respōdeak et multus cui soluit. am ꝓ coactis mutuis rite se obligauit ad tantū ꝓ centenario. Cōsimiliter non videť restituto facienda illi q̄ coactus soluit: q: sponte emptori dedit ius suum cuius tm̄ non fuit capax. vt. §. dictū est. alⁱs sequerētur plura incōuenientia. Nulli etiā verti ꝺz in dubium q̄ vēditor qui eneret ab alio non est capax hmōi restitutionis: vñ fieri non deber. Restat q̄ vt quicunq̄ emit de tali pecunia cū teneatur ad restitutionē in ꝑmo casu cōitati restituere debet: in alijs duob⁹ erogare debet ad pias causas ⁊ pauperibus Jesu xp̄i. hi em̄ sunt mēbra cōmunitatis. ⁊ hi p̄e sumunť plus pati: aut ꝓpter infortunia ciuitatis: aut ꝓpter minus equam gubernationem. Dec...nia ille.

§. VI. Quantū ad septimū

de illis sc̄z qui ꝺo alijs quādoq̄ certam quotam ꝺo florenoꝝ quādoq̄ nihil percipientibus soluūt p̄stantias et in illo:ū loco quoad tale creditum describūtur. vtrū licite faciant vel illicite ⁊ ita q̄ teneantur ad restitutionem. Respōdet dñs. Lau. post argumenta facta in contrarium q̄ soluit: q̄ cū ibi non sit contractus mutui: sed cōtractus nominatus: sc̄z do vt facias: pura do tibi quinq̄ vt ꝑ me solvas: ⁊ alia quinq̄ tua. ⁊ sic in totum decē ad que sum communitati obnoxius: ⁊ a tali obligatione me libe...s: ⁊ ius lucri exinde vēturi quod facta solutione sperari potest fit sui...⁊ accede...e videtur dictus contractus ad naturā emptionis ⁊ venditionis: ⁊ sic tenet conclusiue istū cōtractū licitū. dicit tm̄ q̄ contrariū communiter tenek per vulgares. Et mihi hoc videť illud puerbiū verum. Vox populi vox dei. vñ ⁊ tutio: opinio est Jo. dñici qui dicit hoc esse illicitum ⁊ vsurariū: vt patet in fine p̄cedentis. §.

§. VII. Quātuz ad octauū

cum sc̄z querit. Si cōitas sibi nouos cōstituat creditores pura q: vendit annuū redditum ad rationē qua respondet creditoribus mōtis ad vitā ipsius ementis et alterius ab eo nominandi cū pactis de quibus. §. dictum est in forma tione casus. an hoc sit licitum. Rñ. Lau. dicēs q̄ dñs La. de cast. doctor: eximius in. c. in ciuitate. hoc examinās sīa liter hoc cōdudit licite fieri ab vtraq̄ parte dummodo in fraudē vsurarum nō fiat: ⁊ interueniat deceptio vltra dimidiā iusti p̄cij. Ego autez subdit dictus La. post argumenta p:o ⁊ contra nō p...o sic indistincte ⁊ simpliciter tutum vel app:obandū: le...t valeat ⁊ fraudis p̄sumptio cesset: opus esse credo ...o vt redditus ipe nō excessiuus sed conueniens inst...uat. Sc̄do q̄ de rebus cōitatis. Certio q̄ nulla detur facultas ꝺ̄tū resoluendi ꝓ maiori vel minori p̄cio. Quarto q̄ cōmunēs cū cōitate non co...iuerit fenerari. Ex his q̄ dico q̄ si cōitas ablq̄ fraude legē facit per quā cōstituit in bonis suis certos redditus deputās iuxta mo:em officiales ad illos vendēdum ad vtram alicui⁹ vel sui: vel alterius: vel aliud indefinitū tēpus ad rationē illā qua respōdet creditoribus mōtis: nec id facit ad petitionē alicuius id ꝑcurantis ⁊ cum ea cōtrahere volentis: sed in genere non habito respectu ad aliquē in ꝑticulare: q̄ tunc talis contractus erit licitus si inter eam et alium quē ineatur ⁊ etiā fit pactum de resoluendo etiā ꝑ minori p̄cio: ⁊ eo casu poterit sibi vēdicare locum dictus dominus Lapi. q: ante ꝓtractū erat cōstitutus redditus ⁊ in reb⁹ ⁊ ad tēpus incertum. ⁊ sic nulla fraus p̄sumpta: sed si fiat id de nouo ad petitionem alicuius in specie ⁊ interueniat inter hunc et illam tale pactum: tunc secus. Jo non dato qđ fraudem cessare faciat. Ubi ꝺo redditus non cōstitueretur in bonis cōmunitatis: sed fieret relatio tm̄ ad personam cōmunitatis: tunc omnino p̄sumeretur illicitus talis ꝺ̄tus qui inde fieret. Si etiā tam redditus q̄ repo:a fo:ent certa: tūc fraus p̄sumeretur vbi maior esset certa quantitas quā in certo tēpo:e perciperet a cōmunitate q̄

Quidā ris si cōitas sibi ꝑstituat nouos creditores.

Alia opinio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa que daret cōmunitati in p̄senti. hec oia que habenť in ſto. c. ſunt extracta de capitulo et tractatu p̄dicti. d. Vau. ſed abbreuiata exceptis dictis do. Joh. ñici. Petri de ancha. ⁊ Anto. de bu.

§. VIII. Quantū ad quintū

qđ querit. Utrū alij ab eis licite emant tale ius qđ. s. omiſimus hic reſumēdū. Rñdet magr̄ Greg. p̄fatus ⁊ dicit q̄ in ḡrendū eſt de intrīone eor̄: q̄m aut emunt intentione p̄cipiendi lucrū a cōitate: aut nō. In primo caſu ſic emēdo peccāt ⁊ uſurā cōmittūt: q̄m extūc ipſi mutuum dant ſiue dāt dilatione ſolutionis intrīone lucri: ⁊ p̄ b̄ facit caſus. c. cōſuluit. eť de uſu. in ſcđa cōſultatione. In ſcđo ꝯo caſu ſecus eſt: niſi alia mala intrīone vel ex circūſtantia mala reddať eor̄ intrīo inordinata. Dictā cōcluſionē damnat d. Vau. de caſti. q: cū querat idem magiſter an licite emať a p̄mis creditoribus opz intelligi queſtionē eo caſu quo ipſi vēditores licite vēdūt: qui q̄n nō licite vendūt alij nō licite ab eis emunt. Sed q̄n dicti mutuātes licite vendūt vt q: nil vltra ſortē receperūt: ſz in caſu licito iuxta p̄miſſa certe emere poſſent alij ab eiſdem: nec in hoc alic ſit inordinatā intentionē habere videnť p̄m eū. Reſpōdendo ad rōnes magiſtri. non videť verum dicere q̄ extūc mutuēt. nō ꝯm mutui ſz emptionis cōtractū ineunt. Nec etiā eſt verū. dent dilationē ſolutionis: ſed expectāt dilationē datā a cōi autore ſuo. Nec inſup veruz videť q̄ ſi dicto caſu emunt intrīone lucri: q̄ ſic emendo pc̄ēr: q: in contractu emptiōis nō eſt reprobata ſpes lucri. eť de emp. et vē. cū dilecti. hec Vau. Quod recitās Vau. dicit q̄ iuri cōſona videť cōcluſio dī. Vau. Illa tñ magiſtri cōcluſio p tāto fomentū hře videť: quia ſm eius opi. illicite tale lucrū p̄cipiant cōiter ipſi mutuātes. Et q: q̄ tale ius mutui ſiue crediti ꝓpter mutuū factū emunt ſe in locū mutuantium ſubrogāt ſupereſt vt ſicut illi peccauerūt ſi ſpem p̄cipiēdi lucrū in mutuādo habuerūt: tunc vel poſtea ſic ⁊ iſti. Vñ licet in ſui figura ſit ℈tus emptionis inter creditores cōitatis vēdentes ⁊ eos emētes: tñ inter ipſos ementes ⁊ ipſam cōitatē eſt effectiue ℈tus mutui ſicut p̄mus erat inter ipſam ⁊ illos p̄mus mutuātes. Quem q̄dem effectū ⁊ nō ꝓbor̄ cortice vel cōtractus formulā cōſiderat theologus ⁊ cōſiderare dz canoniſta. ar. de iudi. c. dilecti. Et in his potiſſimū quibus aia releuať. Naturaliter quidē ſubrogati eodē iure iudicanť quo ⁊ hi q̄bus ſubrogantur. xvij. q. ij. eleutherius. Et ex p̄dictis inferri videť q̄ nedū ſm opi. magiſtri circa p̄ceptionē talis lucri: ſed ſm opinione alioꝝ ⁊ meā. de qua. s. in ſecundo t. habes emptio hmōi rep̄obet: qđ ptz. q: p̄dicto loco mutuātes mouētur: vel ex charitate qua reipublice afficiūtur: vel ex coactione que eis ꝓpoſita infertur: ⁊ nulla intrīone lucri p̄marie: ſed iſti ementes quoad formā ℈tus ⁊ quoad vendētes: mutuātes autē quoad veritatē ⁊ quoad cōitatē p̄marie mouerī videnť ex intrīone lucri ergo uſurarij. Preterea vbi cūq̄ fit fraus de ℈tu ad ℈tū iudicam⁹ tale ℈tū nō vt iacet eiꝰ forma: ſed vt iacet rei veritas. arg. ad hoc. de emp. ⁊ ven. c. ad noſtram. ⁊. xiij. q. iij. plericq̄. cū glo ſed ſic contingit in p̄poſito. ḡ ⁊c. Huic videtur ꝺ facili rñderi q̄ hic nulla ſit fraus de ℈tu ad ℈tū. Celebrat em̄ ℈tū emptionis ⁊ vēditionis hic emēs qui nō celebraret cōtractū mutui. ex quo em̄ nouit q̄ tu p̄mo mutuās licite percipis illud lucrū ſic per ℈tus q̄ licite ipſe illud percipiet emendo a te ius vel actionē ad illud. Nulla ḡ adhibet fraudē nec ℈tū ſimulat: imo palā ꝓhit: ⁊ ita ꝓhit in medulla ſicut in cortice: q: vere facit qđ verbo: um cortex intonat: et ſic eſt intrīo ſua: vt etiā ſtatim declarabiť. ſi ſecus eſſet ſecus dicerem: credo dictū dñi Vau. verū quoad emptionē iuris qđ hz vendens ꝓ vera ſorte. de quo intelligiť dubiū ꝓpoſitū. in hmōi em̄ mercimonij ſpecies eſt. hic etenī interuenit pecunia ⁊ res q̄ venditur ⁊ vendibilis eſt: ius em̄ ⁊ iura vendunť. ff. de here. ac. ⁊ ven. per totū. emūt aūt cōiter c. p̄o. rl. vel. l. vel. xx. ſm tempoꝝ diuerſitatē ⁊ ſic lucrant vt vides: ⁊ tale lucrū ſperare in emptione alijs circūſtantijs interuenientib⁹ talē contractū nō habētibus defraudare non eſt improbatū. Nec obſtat q̄ in. p̄obať ℈tus ex quo minus iuſto p̄tio ſaltē infra dimidiā emiť: q: negať q̄ minus iuſto p̄tio ſit emptū: q: immo quātū valet. Si ergo in hoc tñ ſpes ⁊ intentio verſata eſt emētis nulla eſt uſura: ſed ſi vltra p̄greſſa eſt ſcz ad lucrū p̄ueniens qđ eſt qđ querit in dubio: ⁊ eo ſu p̄cedere videtur rōnes ⁊ interīo magiſtri. Sed in ꝺ. iū facit: q: cū in caſu quo lucrum a cōitate ſtaturū ⁊ p̄ordinatū licite ⁊ ordinate ſtatuať. et illud ꝺmo loco mutuās licite recipiat certis caſib⁹ ſm eū: immo ſm alios ⁊ me omiſſi caſu paucis exceptis iurta ſupra annotata: ⁊ de h debeat formatū dubiū intelligi. cōcludit q̄ illud tale lucrū a cōitate p̄ordinat. nō eſt illicitum vel uſura. et p ꝺ̄ns q̄ ſicut illud de quo dixi in mēbro p̄cedēti ſperare vel appetere ordinate nō eſt uſura vel peccatū. ſic ⁊ iſtud de quo licitū ſimpl⁹ eſt ⁊ minime reprobatū ſperare vel a. petere nō eſt uſura vel p̄cm̄. Tolle ergo plū. Utiq̄ ꝺdū in pign⁹ recipe p. c. vel fructꝰ velle lucrari uſura eſt. Et ſili⁹ ſi ego in locū tui me ſubrogo uſurari⁹ ero. Sed pone q̄ tu fructꝰ. os ordinate apperas licite q̄ pias: vt p de pigno: aticio in c. ticiū cōtractū transeat. Equidē ſi ego a te illud emēs in tui locum me ſubrogo ſub ſpe. nō tñ lucrū percipiēdi ex vero capitali. de quo ſine fraude ⁊ dolo tñ minus do q̄ ſit dictū capitale iā nō committo uſurā. Nec obſtat qđ ſupra dicebať q̄ iſte ℈tus etſi in ſui figura ſit emptiōis ⁊ vēditiōis tñ dualiter eſt ℈tꝰ mutui inter ementē ⁊ cōitatē: nec tñ valet ꝺ̄na cū ꝺ. idem ℈modū conſequi emēs qđ fuiſſet cōſecutꝰ mutuās ſi nō vendidiſſet ſiue ipſe emens a principio cōitati mutuaſſet ergo effectiue mutuū ꝺ̄hit: q̄m ſepe ꝓtingit q̄ ex diuerſis cōtractib⁹ quoꝝ vn⁹ eſt licitus alter illicitus: q̄s eūdē effectū ꝓſequiť. ⁊ tñ falſum eſt q̄ vn⁹ ſit alⁱ effectiue: niſi per reſpectū ad factū qđ quidē factū non eſt ſimpliciter attendendū: ſed vna cū eius q̄litate que hz eiꝰ naturā alterare ſicut patuit exemplū paulo ſuperi⁹ de fructu quē quis cōſequiť ex ℈tu emptitio: ⁊ idem ex ℈tu pignoratitio. ⁊ tñ p̄mū licitū: hz ſcđm illicitū. Sic ad ꝓpoſitū q̄ quis effectiue idē cōmodū cōſequať hic emens qđ conſequeret ſi a p̄ncipio mutuaſſet cōitati: nō tñ ſequiť q̄ cū illa mutuū ꝺhat: q: nō per viā mutui. ſed per viā emptionis vere ſine fraude vel dolo cōſequiť tale cōmodū ⁊ non ſubrogať mutuāti vt mutuans. ſed vt emens illud ius a vendente.

§. IX. Sed dices. Nōne in

ꝺ. iū eſt. c. conſuluit. eť de vſuris. ⁊. c. nauiganti. Rñ. nō: q: alia ratio reformat pactū. ideo nāq̄ ibi vitioſus eſt cōtractus emptionis ⁊ venditionis ⁊ equipollet ℈tui mutui: q: is qui erat alⁱs venditurus rē ſuā p. p. ſi tūc data fuiſſet pecunia voluit. xij. ꝓpter dilationē ſolutiōis: ⁊ ſic eſt p̄ma de actū illa. p. ſibi mutuaſſet p duobus p illo tpe: ⁊ ſic tps vendidit: ſed in caſu noſtro nō ſic. q̄m vendē ⁊ tale ius qđ habet p pecunia mutuata vendit illud quantū tūc cōiter valet: ⁊ ipſum ius tribuit emptori incontinenti: ⁊ etiā incontinenti p̄cedū recipit ipſius rei vendite: nec hic vlla interuenit ex parte contrahētiū dilatio ſeu ꝓpter dilationē vel anticipationē tpis maior vel minor: quātitas: ⁊ ſic nō venditur tēpus: vt in caſibus iſtarū decretaliū: ſed in caſu noſtro omnia ſunt p̄ſentia. ſ. merces ⁊ p̄cū. quaſi merces eť ipſe redditus ſeu ius vel actio q̄ tantū valebūt vel ad minus valere credunť ſubſequentib⁹ tpib⁹ quātū mō valēt: vel ſaltē eſt dubiū: ⁊ hoc ſufficit ad b̄ q̄ ꝓtractus ſit licit⁹. Operať tñ bene farco: tale dubiū q̄ ipſi ius min⁹ valet ⁊ minus venditur. Eſt em̄ dubiū an ⁊ q̄n ſit rehabituras: ⁊ ꝓpter hoc nō eſt liberū: ſed tali circūſtantia aggrauatum ipſum ius qđ vendiť. ⁊ iō minus vendiť q̄ ſi eſſet clarū et liberū. Minus em̄ vendiť res onerata q̄ libera: ſicut domus vel terra que debet alteri ſeruitutez minus q̄ libera venditur.

Concluſio. vendiť. Et ſic p̄dictus Vau. concluſiue tenet q̄ emptio talis iuris ſit licita de ſe: et q̄ licite poſſint emi talia iura ab alijs. ⁊ ls Vau. adꝺ oēs rñdeat rōnes tenentiū. ſ. talem emptionē illicitā: ꝓcludēdo tñ ꝓſuluit oibus q̄ debeant ſe abhmōi emptiōe abſtinere: q: et quo docti viri in hmōi ꝺria ſibīnuicē ſentiāt: negari nō pōt q̄n ſaltē dubiū ſit talē emptionē licitā vel illicitam. Et iuris regula dicit q̄ in dubijs tutio: via eſt eligēda. eť de ſpō. inuenis. Et ad idē facit dicū Aug. de pe. diſt. vij. ſi q̄s. dicētis. Tene certū ⁊ dimitte incertū. Anto. de bu. ſup. c. in ciuitate fundi in perpetuū vel ad vitam: an licitus ſit ꝓtractus: et concluſit q̄ ſic. ſed Job. an. ſic ſubdit. Et p̄dicta faciunt ad illud qđ ſep ius venetijs reuocatur in dubiuz. Ybi em̄ oēs hactenus contulerunt pecunias p neceſſitatibus que occurrerunt ⁊ deinde cōitas rñdit p eis q̄libet anno p centenario q̄nq̄ quinq̄ q̄nq̄ minus: ſed capitale nunq̄ reſtituūr: ⁊ vocatur impreſtita. Ille q̄ qui habet i cōi duo milia vel tria milia vendit alteri ius ſuū ⁊ emolumentuz omne qđ percipit a cōmuni: queritur an iſte ſit licitus cōtractus. Ex p̄dictis ptz q̄ ſic q: recipit redditū in pecunia iam cōſtitutū. Item idem redditus creſcit ⁊ decreſcit ⁊ poſſet cōe in totum abolere ſi vellet ⁊ nihil rñdere. Item nō eſt maio: redditus q̄ eſſet vnius poſſeſſionis imobilis: ⁊ ſic videtur q̄ licitus ſit ꝓtractus. Hec Anto. de bu. Superi⁹ tñ in eo. c. ponit iſtud. Nota q̄ in dubio abſtinendū eſt ab illo ꝓtractu de quo poteſt probabiliter dubitari an ſit licitꝰ vel illicitus: quia bonarum mentium eſt ibi culpam timere ⁊c. di. v. ad eius. talis eſt hmōi emptio.

Impoſſibilita qđ ſit

De impoſſibilitis venetiarū.

Cenſus vel reddit ſunt in qđruplicidria.

§. x. Item hunc cōtractuz

emptionis ⁊ vēditionis q̄ fit de pecunijs ſolutis a ciuib⁹ cōitati q̄ dicūtur p̄ſtantie nō eſſe illicitū. ꝓbat magr̄ Fran. de empoꝛ. magiſter in theologia ordi. mino. triplici via. et p̄mo. ic. hmōi ℈tus nullo iure ꝓhibeť diuino aut humano: ergo nō eſt illicitus ſeu vitioſus. patet ꝓ ſequētia: quia nihil eſt pctm̄ niſi q: ꝓtra p̄ceptum iuris diuini vel humani. antecedens ꝓbať: q: nec canonico nec ciuili ⁊ diuino iure ꝓhibetur. q̄ canonico vel ciuili iure nō ꝓhibeatur ex plicite vt expreſſe ex ſe patet. q̄ etiā nec implicite patet ex hoc q: cōiter iuriſperiti vtriuſq̄ ꝓbant licitū eſſe. q̄ autez iure diuino nō ꝓhibeať ꝓbať per hoc: q: ſi ꝓhiberet potiſſime videret ꝓhiberi p illud verbum. Mutuū date nihil inde ſperantes. qđ verbū xpi eſt luce vj. q̄ſi ꝓpter hoc hic interueniat mutuū ⁊ uſura: ⁊ talis cōtractus uſurarij reputetur: ſed hoc eſt falſum: qđ ſic ꝓbatur. Contractus uſurarius ſm theologos eſt: cum ex uſu rei cuius uſus nō diſtinguiť perpetuo a dño quis lucrať: vt cū ex pecunia q̄s vult hře lucrū rem illā alteri mutuādo: q: ſic mutuādo vt pecunia nō manet mutuās dñi pecunie mutuate: ⁊ per cōſequens ſi q̄ illa vel uſu eius aliquid vellet recipere vltra ſortem reciperet. p nō ſuo: ⁊ ſic vēderet nō ſuū. Et ad iſtuz intellectū loquūtur ſcti doc. xiiij. q. iij. p totū. Jn oi etiam ℈tu uſurario videť tps vēdi: qđ nō eſt plus ſuū q̄ alteri⁹. Jn ℈tu aūt p̄dicto nō exerceť mutuū: ſed emptio ⁊ vendi tio realiter. Eſt etiam dare caſus in q̄bus mutuādo talem rem cuius uſus nō pōt perpetuo ſeparari a dñio vt eſt pecunia pōt quis recipere. qđ vltra ſortē vt ratione more poſt terminū conceſſum debitori: vel ratiōe pene vel alijs modis quos ob breuitatem dimitto.

Diffini. tio ℈tꝰ v ſurarij

§. xi. Secūdo q̄ dictꝰ con

Alia opinio.

tractus nō ſit illicitus ⁊ uſurarius: vt qđ dicunt ꝓbať ſic. Quia aut dictꝰ ℈tus eſt uſurarius inter vēdentem: puta Petrū: ⁊ emētē puta Jobem: aut eſt uſurari⁹ inter iobem ſcz ementē ⁊ cōitatem. nō em̄ cadit uſura niſi inter vſurarie ꝺ̄ctes. Sz capiēdo ſcōm mēbra: ſcz q̄ nō ſit uſurarius inter ementez. ſ. iobem: ⁊ cōitatem q̄ eſt obligata petro p p̄ſtantijs ſolutis: ꝓbatur ſic. Inter iohānem ⁊ cōitatem nullus eſt ℈tus: vel ſaltem nullus ℈tus mutui: q̄ nullus ℈tus uſurarius. ꝓſequētia ptz ex dictis. antecedēs ꝓbať: q: mutuū nō ꝓſiſtit niſi vt ſit de meo tuū: q: eſt obligatio que re contrahitur accedente conſenſu. Sed q̄n iohānes dat pecuniaz petro venditori nihil dat ex hoc cōmunitati nec aliq̄d de ſuo efficitur cōitatis. Cōfirmatur hoc q: contractus qui fit inter petruz ⁊ iohānem poſſet de iure fieri etia. ignorante cōitate. Ad qđ etiam poteſt addi tertia ratio: videlz q: in contractu emptionis iuris inter iſtos duos petrū ⁊ iohannē effectus eius qđ agitur eſt vt cōmoditas ⁊ vtilitas crediti ⁊ actionis quod ⁊ quā vēdit habens in mōre quātū eſt ex parte ipſius in illū emptorē tranſeat. Et ex hoc nō attingit vinculū exiſtens ex parte debitoris nec etiā vinculum obligationis ex parte creditoris trāſit

Addeter. ſiles de peni. diſ. vij. c. ij. §. itē. ⁊ ex deho. c. ad aures. diēriam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de eo in empto:ē: sed exercitiuz sue actionis accōmodatur empto:i: vt ad suā vtilitatem exigat qđ debetur vendito:i.

Trīa in pstātijs ꝓsiderāt

Cōcludēdo ist̄ scđm mēb̄ū pdicte distinc̄ōis ꝑ maiozi declaratiōe sciendū est ꝙ tam inter venditoꝛē petrū ⁊ cōmunitatē ꝙ inter petrū venditoꝛē ⁊ iohānē empto:em debem⁹ tria ꝓsiderare. Nam inter ipm petrū ꝙ soluit pstātias cōitati ⁊ ipsam cōitatē debemus attendere ꝑmo ꝓctū mutui quo ille cōitati mutuauit: puta floꝛe. c. quos soluit in pstantijs. scđo obligatiōnē ex tali ꝓtractu insurgentem qua cōitas ipsi mutuanti tenet in dictis floꝛe. c. ⁊ etiam ad interesse. ⁊ sic habet ipse creditoꝛ qui scilz soluit cōitati. c. ius exigēdi ⁊ ꝓcipiendi dicta. c. ⁊ interesse. tertio pōt b pe tere ⁊ agere vt recipiat capitale vel dū nō datur capitale vt recipiat in. eresse. Subsequēter in ꝓctu emptionis ⁊ vē ditionis celebrato inter petruz ⁊ iohānem: de illo credito montis: sc̄z. c. etiā debemus ꝓsiderare tres effectus ex illo insurgentes: quoꝝ ꝑmus est ꝙ empto: habet actionis ex

Effect⁹ illi⁹ emptionis.

ercitiū quā habebat vendito: noie ipsius vēdito:is ad vti litatez tm ipsius empto:is. Scōs est: q: a iure dab fibi vna actio similis illi quā habebat vēdito: q̄ vtilis appellab: et nō oꝛitur ex ꝓctu quē habebat empto: cū cōitate; sz inter ꝓctū quē habet cū venditoꝛe cū habeat eā ex illo ꝑmo ꝓctu venditoꝛis vel a iure tm absq; materia alicuius ꝓctus ex quo pcedit ꝓpie. Tertius effectus est ꝙ vēdito: tenetur oēm vt. ate mutui. i. oē qđ pcipit de mutuo facto cōitati ⁊ actionis ⁊ iuris sibi cōpeteris ⁊ interesse dare actoꝛi siue empto:i. Et ꝗbus infert ad ꝓpositū clare ap arere ꝙ ius empto:i cōpetens nō pcedit ex aliquo ꝓctu q̄ sit inter euz ⁊ cōe: ⁊ ꝙ nullus ꝓctus initur p illū actum cū cōitate: nec cōitas efficit ꝓpie debitrix istius empto:is cū vtilis actio quā habet suo noie ⁊ directa quā hz noie venditoꝛis insur gunt er ꝑmo mutuo ⁊ emptione siue p emptionē absq; eo ꝙ illud p:imū mutuū vitietur siue alteretur vel trāferat in aliā pſonā. Et si dicat ꝙ imo ꝓcedit ex aliquo ꝓctu inter cōitatem ⁊ empto:ē celebrato: q: totū videt vires assume re ex pacto cū cōitate celebrato rōne scripture q̄ de hoc fit: q: sc̄z obligatur findicus cois. ⁊ per ꝓsequēs ipsum cōe ad ista faciendū hoc est empto:i dandū. c. ⁊ interesse p scriptu ram. Rn̄detur ꝙ findicus nō est factus ad celebꝛandū ali quē ꝓtractū inter cōitatem ⁊ empto:ē: sed solū ad faciēdū firmū esse ꝓctum inter empto:ē ⁊ venditoꝛem: ⁊ hoc facto etiā inuito venditoꝛe empto: habeat ius suuz qđ emit ab eo. ⁊ ad hoc trendūt oēs ſscripture que sup hoc fiūt. nō aut̄ ad faciendū nouū ꝓctū cū cōitate. Et sic ꝓcludit ist̄ ſcōa

Scōa pars distinctionis pōt̄ dicte.

pars distinctionis: sc̄z ꝙ inter e pto:ē ⁊ cōitatem nullus interuenit ꝓtractus vsurarius. a ps distinctionis su⁹ pradicte: sc̄z ꝙ inter empto:ē ⁊ venc to:ē nullus interue nit ꝓctus vsurarius. sic ꝓbatur. Inter ipsos: sc̄z empto:ē ⁊ vene to:ē nullū est mutuū: ergo nulla vsura. naz vsura in mutuo ꝓbitur. antecedēs ꝓbatur: q: iste est ꝓctus emptio nis ⁊ venditionis nō mutui: vt ptz de se cum nunq̄ reha beat empto:i a venditoꝛe illos. xxv. floꝛe. quos dedit ꝓ pre cio. c. qñ tali ꝑcio centenarius vendit. Ad hoc etiam indu ci pōt scđa ratio: q: sc̄z cum tam capitale q̄ interesse in aliq̄ dubio pendeat: ergo cū se exponit periculo iste emens nil lam cōmittit vsurā. Si em in dubio nō penderet nō daret vendito:. c. p xxv. ⁊ insurgit hmōi dubiū: q: in mera de bitoꝛis: sc̄z cōitatis volūtate ꝓsistit nō soluere vel differre ⁊ creditoꝛ leges dissoluere. Sit ergo licit⁹ talis ꝓctus ra tione talis dubij: ⁊ cuz in nullo is emens se inuoluer cū cōi tate: sed dūtaxat reddit⁹ aliqualiter dubios emat ⁊ licī tos a venditoꝛe. ſfortificatur tertio dicta ratio dubij pmū simile. nā ⁊ ſ urans merces ianuaz vehendas. ⁊ p r b p. vel. xx. recipiens ꝓpter plus vel minus graue videtur ⁊ pe riculosum sibi assecuranti nil illicitū facit. ergo nec in casu nostro q̄ est similis illi: q: totuz debitū qđ habet venditoꝛ recipit empto: dando illi. xxv. sc̄z ꝑ ꝑcio. c. Si em nunq̄ reciperet a cōitate aliquid iste secūdus: scilz empto: sibi et non ꝑmo dānum cederet. sicut ergo suū esset dānū si nil reciperet: puta quia cōitas deficeret in soluendo: sic suum fit lucrū siue parū siue multum recipiat. Sit ⁊ quarta ra tio talis. vsura nō est nisi cum aliquis vltra sortem aliq̄d recipit vel recipere intendit. sed respectu empto:is nō est ꝓsiderare sortem vel aliquid vltra sortem q: totū ius ven dito:is ⁊ quoadcapitale ⁊ quoad interesse est soꝛs ⁊ credit in sortem empto:i: q: totum illud ius emit. ergo nihil acce dit sibi vltra sortem. ⁊ sic pater ꝙ inter venditoꝛē ⁊ empto rem non interuenit con actus vsurarius.

inter em ptoꝛez ⁊ vēditoꝛē non fit vsura.

§. XII. Tertio probatur ꝙ

dictus ꝓctus emptionis creditoꝛ in monte nō fit illicit⁹ ex iniusto ꝑcio. pur ꝑma facie apparet ex eo: videlz ꝙ. c. ꝑ xxv. vendūtur: ⁊ m fortius: q: nō solū. c. sed. c. cū lucro: sc̄z redditus annualis q̄ datur a cōitate ꝑ illū. c. ⁊ sic non interuenit iustū ꝑciū. Itē ex eo ꝙ hic videt tps vēdi: qñ ratione dilationis talis emit. c. cū lucro ꝑ. xxv. Sed ad ꝫ respondeꝫ. Ad p mū quidē ꝙ satis interuenit iusticia in ꝑcio. Justicia e ꝑcij debet attendi a tpe ꝓctus vt tantū detur quātū tūc valet: sed tantu valet quantū vendi pōt nō aūt quātū est tunc valitura: ⁊ ꝑ toto tpe sequēti: q: res non debet estimari in v nditione nisi quantū valet tpe cō tractus. ꝫs non posses licite e aliquā terrā ꝑm equa litatem. Cum g̃ ius exigēdi. c. nō plus valet tūc q̄. xxv. floꝛe. ꝓpter dubium: videlz qđ iacet nō solū circa interesse sz circa capitale. ⁊ etiā q: paret ꝙ tu vendens nō habes tale ius cum suo interesse plus charū: vnde sequit ꝙ emitur iu sto ꝑcio. Itē res ligata nō tantū valet quātū libera. Exem plū in domo que nō tantū valet cū circūstantia aggrauan te quātū libera: sed soꝛs illa. c. floꝛe. ligata est circūstantia aggrauante cū tantū habere nō possis. ergo non mirū si non tantū valet quātum. c. floꝛe: nisi liberi. Et si queratur quātum minus valere debent. Rn̄deo quātum a sapienti bus ⁊ ꝑis ꝓsideratis circūstantijs aggrauantibus fues arbitratū ⁊ appꝛeciatum. Et cū in ꝓposito nostro sic cō muniter appꝛecietur tantū per ꝓsequens valebūt. Ad se cūdam dicas ꝙ hic nō vendit tps. non em emens dat. xxv. cū intentiōe plus habendi in posterū ex solo lapsu tpis: sz ꝓpter dubium emergens in tēpoꝛe ratione siquidē peri culi qđ in se suscepit. ⁊ ꝙ attenditur lucrū perceptū esse li citum/non aūt ratione tempoꝛis: quia nō est ꝑcium tēpoꝛis: sed pꝛecium periculi in tempoꝛe.

§. XIII. Sed oppone nunc

vt argumēra tollamus que in ꝓrium fieri cōsueuerunt. Et ꝑmo ꝑm quosdam sic. Certe ꝑmus cōitati mutuās q̄ ratione coactionis alꝫs licite illud interesse recipit non fo ret coactus: sed volūtarie mutuaret sub spe vel pacto tan tū recipiendi. vel alꝫs nolens recipere capitale cōmunitate volente illud restituere vsuram cōmitteret: ergo a simili idem dicamus in hoc scđo: sc̄z emente ab eo qui cōitati sol uit pꝛestantias. cōsequētia patet: q: volūtarie intrat locuz ꝑmi quoad ꝓctum mutui. Sed ad hoc respondetur negā do ꝙ iste intret locum ꝑimi quoad ꝓctum mutui. Naz nil mutuauit iste emens cōitati ex hoc ꝓctu quē cum ꝑmo fe cit: sc̄z venditoꝛe iuris sui qđ habet in monte: nec efficitur ꝓpie creditoꝛ cōitatis per hūc contractū: q: cōitas ꝓpie nō tenetur vt debitoꝛ sibi respondere: nec legem sup hoc facit: sed ꝑ ꝓctū emptiōis intrat locū suū quoad ius exigēdi ⁊ percipiendi qđ habet: sc̄z venditoꝛ ex cōtractu mutui facto cū cōitate. Sunt ergo diuersi ꝓctus: etsi quoad cōmo dum idem sequatur effectus: q̄ quidem idētitas effectus non habet alterare naturam taliū contractuū. Nec est hoc nouū ꝙ quoad damnū ⁊ cōmodum idem sequatur effect⁹ in diuersis ꝓctibus quoꝝ vnus app:obak alter repꝛobak. Exemplum in ꝓtractibus pignoꝛaticijs ⁊ vēditicijs. Cōce dis mihi mutuo. c. floꝛe. per. viij. an. ⁊ ego tibi concedo do mū meam valentē. c. floꝛe. in pignus vt eam inhabites per viij. annos sine pēsione. ⁊ extinde restituam tibi. c. floꝛenos

⁊ tu mihi domū meā. ecce vnus modus quo pōt celebꝛari hic ꝓctus. Alius modus est. puta vendo tibi domū meā. c. floꝛe. ꝑm ꝙ estimatur: sz hac ditione adiecta ꝙ post octo annos teneaꝛis. euendere mihi eodē ꝑcio si volē. Ecce isti sunt duo diuersi ꝓctus quoad formam ꝓctus: q: ꝑmus pig noꝛatitius. scđs emptitius. sed quātū ad effectū cōmodi vel dāni nō sunt diuersi. ⁊ tm̄ ꝑmus repꝛobak: q: pigno:ati tius ⁊ vsurarius. scđs app:obak q: emptitius. ⁊ ideo licit⁹ sequestrata fraude intentiōis. S ad ꝓpositū reducendo licz idē vrile aut cōmodū vel dānū ꝓsequak hic emēs dictū ius. c. floꝛe. quos habet sup monte cōitatis hoc vendens. qđ alꝫs eriā ꝓsecut fuisset si volūtarie mutuasset nihilomi nus nō sequit ꝙ debeat iudicari sic in vno sicut in alio. Nā in ꝑmo iudicandus est emens recte cie: q: facit ꝓctū licī tum. S empt onis in quo licitū est sperare lucrū ⁊ defidera re. ⁊ sic ad restitutionē mininē obligak. sed in ꝓctu mutui cū est voluntarius nō licet sperare lucrū: alꝫs vsurarius cō tractus est. ⁊ ad restitutionem illius luc obligatur. Et fic ablare sunt obiectiones ꝑmo:um.

§. XIIII. Oppone secundo

